

U n h a n g.

(Aus M. Frauenburg's Secretarium).

Anno 1469 Jacobus Bech, erat lector in monasterio minorum, dixit mihi, quod rector scholae Mgr. Johannes Swefel ad eum dixisset:

Quid est quod vultis commendare dominos de consilio. Non sunt unum!

Ecce ille (et nominavit dominum Seyfridum [Goswyn], in praesentia Sleuser et virorum Lembergensium tempore nuperarum Ursulae tales tractatus cum eis habuit, cum memores fuerunt Martini Luterbach, Martini Sleiff, Nickel Ermilreich et caeterorum, „quod fuissent boni viri et honor civitatis et quod pro mille florenis deberent emi in civitatem.

Vnde tamen hoc esset, quod ita interemti essent?

Respondit Seifridus: „quid ego solus potui.“

Ich hab es gehindert, so lange ich habe mögen. So ich nimmer gekunt habe, do hath man sie wegkgenommen.

Et post pauca addidit: Ich sage euch vorwar, man hat den lewten vor x Jaren noch jren hel-sen gestanden.

Idem pater lector mihi dixit anno lxx feria quarta post palmarum in refectorio fratrum minorum: Quod domina Elmerichin dedisset centum aureos domino Jacobo ad emendum Censu ad quoddam altare: qui tempore recessus sui aluit eum istis florenis.

Eadem die mihi dixit, quod cum Nicolaus Ermelreich detentus fuisset, venit ille Dobeschitz de Schadewaldt et quaesivit nomine alterius Dobeschitz „an ipse temptatus ¹⁾ esset?“ Qui cum dixissent ita. Ita perterritus fuit quod januam invenire non potuit: et tremebundus ascendens equum, ita abiit.

¹⁾ gefolttert.